



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Admirandvm vindictae divinae theatrvm**

**Tympe, Matthäus**

**Monasterii Westphaliae, 1611**

Templorum aliarumq[ue] rerum sacrarum violatio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

quam occultam monachi superbiam. Perpendens vero Iacobus quã tetro scelere se inquinasset, in tantam desperationem animi venit, vt cogitaret deserta vita religiosa redire ad mundum: sed clementissimus Deus memor laborum quos pro Christi nomine tot annis sustinuit, diuinæ lucis radijs eius animum perper alium quendam Dei seruũ ita perstrinxit, vt spe veniæ impetrandæ erectus sese in perpetuum quoddã sepulchrum subterraneum integro decennio vsq; ad mortem abdiderit, noctu diuq; cum asperrima pœnitentiã lapsum suum incredibili dolore animi assiduus lacrymis & tanta cõfusione sui deplorans, vt neq; oculos in cælum attollere auderet, nec cum villo mortalium miscere sermonem, plenã sui diffidentiã assecutus. Disce hinc 1. ne vnquam in præterita sanctitate confidas et si miraculis sit cõfirmata. 2. quam pernitiõsa sit superbia. 3. si lapsus fueris ne animum despõdeas. 4. occasionem labendi fugere. Qui enim amat periculum peribit in illo.

TEMPLORVM ALIARVM QVE  
rerum sacrarum violatio  
punitur.

vi. de Sacri-  
legis. & de  
idololatria

CVM Azotij gens Arabica arcam fœderis  
reliquis sacris plenam in templum portarent & apud ipsum Dagonem qui execrandum illorum idolũ erat collocarent, fecit Deus vt mox illa nocte statua Dagonis, nemine eam

1.  
1. Reg. 5.

eam

Desperatio  
facit apos-  
statam.

Quantitas  
tem offen-  
sionis qua-  
litas vltio-  
nis ostens-  
dit. Oros.

Ambr. pec-  
cantis plus  
subijcien-  
di tormen-  
tis quibus  
peccatum  
pœnæ ad  
hoc relata  
sunt ne  
peccarent.

eam subruente, de turbaretur, & in frustra, ne-  
mine eam tangente comminueretur. Adeo  
quippe potens est Deus vt ad iustitiæ suæ exe-  
cutionem humana neuiquam indigeat indu-  
stria, Porro Deus idolo à se deturbato cōfra-  
ctoq; non contentus, cultores etiam illius pu-  
niuit. Nam quinq; antiquissimarum & nobil-  
lissimarum ciuitatum viri simul ac muliere  
afflicti fuerunt in secretioribus ani, condyloma-  
matis, vt neque sedentes cibum capere, neque  
equitantes iter facere possent. vtq; peccati  
trocitatem ex pœnæ quam illius ergo perlo-  
uebant asperitate cognoscerent vniuersi, o-  
uinæ iustitiæ decreto mandatoq; factum est  
vt omnes domus, omnes plateæ, omnes ho-  
ti, omnes segetes, omnia septa (penetrabilia)  
omnes denique campi muribus completerentur  
(infestarentur). Peccarunt idola adorando,  
Deumque verum deserendo, ideo dupliciter  
malo vlcisci Deus voluit, vt & condyloma  
hominum corpora excruciantur, & à mu-  
bus opes consumerentur.

Azotij arcem in loco ipsorum opinio  
sanctissimo & honoratissimo posuerunt, mo-  
ti vero Christiani Dei timore relicto Ecclesie  
opes rapiunt & ad vsus profanos accommo-  
dant. Quantum superstitio Azotiorum à re-  
gione differt Christianorum, tantum peccati  
illorum atrocitas ab horum peccati atrocitate  
distat. illi peccarunt non credentes autem  
vere Dei typum esse; nos autem verum Dei

esse & credentes & confitentes nullo pudore tot ipsum peccatis offendimus. Quanto ergo grauior erit pœna nostra?

Cum Oza manu tangeret nonnihil nutantem rotam vehiculi cui imposita erat arca fœderis, vt traduceretur Hierosolymam, humerumq; rotæ ne vehiculum euertetur admoueret subito in conspectu omnium exanimis concidit. Si idcirco quod manum vehiculo ne euertetur admouit morte illa affectus fuit, nulli qui sacrarum ædium ruinam adiuuat vitæ prorogatio à Deo speranda est. Cum tanta vsus diligentia vitam Oza perdidit, quid nos speramus qui tanta negligentia ecclesias finimus collabi? Si pœnam Oza tantam meruit quod sine reuerentia arcam tenuit labâtem, quæ nos pœna manet qui per malitiam potius quam per ignorâtiam ruinam ecclesiarum adiuuamus?

Quidam ex petulantioribus iuuenibus, inquit Athanasius, interiora (templi Alexandrini sub Constantio imp. Ariano) penetrans audacter se in throno sessum recepit, & inter sedendum fornicarios ronchos de naribus infonuit, mox deinde cõsurgens magna vi thronum conuellens ad se distrahit, minime aduertens in sese vltionem diuinam attrahere, vt enim olim Azoti incolæ ausi arcam attingere (quam illis vel oculis vsurpare ne fas fuit) statim secundum hoc factum peribant, sed ita vt prius sedium tormentis excruciantur:

Kk ita

2.

2. Reg 6.  
Bern. Tutius apud maiestatē timiditate quam temeritate periclitatur.

Ambr. maior notitia legis plus facit reum.

3.

Anno Chr. 356. ep. ad solit.

S. Thronus ignominia affectus.

1. Reg. 5.

ita quoque miser iste ausus fellam conuelle-  
re, fragmento ligni inde in ventrem ipsius re-  
filiente, & quasi ab ipsa ultione impacto in-  
testina sua perforauit, & eadem vi qua foli-  
um disrumperere conabatur, rupta aluo, sua in-  
testina effudit, celeriusq; quam ipse thronum  
auferret thronus ei vitam sustulit, effusis e-  
nim visceribus collapsus est & inde asporta-  
tus post vnum diem exspirauit. Alius item  
cum frondibus ingressus, & vt ethnicus, ea  
manu per ludibrium agitans statim obortis  
tenebris ita oculis caligauit, vt nihil videre  
neque intelligeret vbi terrarum esset, quem  
jamjam collapsurum ij qui aderant manibus  
ducentes vel potius gestantes è templo exte-  
lerunt, adeo vt vix post diem ad mentem re-  
dierit, nihil memor eorum quæ vel fecerat  
vel passus erat, quibus conspectis ethnici quo-  
dem in metu erant, hæcenus Athan.

5.  
Cum Balthasar Rex (qui patrem suum ma-  
gnum illum Nabuchodonosorem vita defunctum  
in trecenta frustra secari totidemque frustra  
conibus deuorandum obijci iussit ne ab ipso  
resuscitato & in vitam reuocato regno rui-  
sus priuaretur) in conuiuio quod apparatus  
erat totum se lætitiæ dedisset, vinoque libe-  
ralius hausto non admodum esset sobrius,  
vasa (Scyphos argenteos, paterasque aureas)  
quæ Nabuchodonosor è templo Hierosolymitano  
rapuerat, de thesauris suis prolata in mensa  
iussit statui, vt in ijs conuiui-

Auium vi-  
scera patris  
deuorati es-  
sant sepul-  
chra.  
Dan 5.

potarent, quod cum facerent repente manus  
 in pariete, sine corpore brachioque appa-  
 rens hæc verba digito exaravit, M A N E,  
 T H E C E L, P H A R E S, quorum hæc est  
 sententia; vitæ tuæ tabulas, ô Rex Deus in-  
 spexit, & completam esse malitiam tuam in-  
 uenit, teque & vniuersum regnum tuum pon-  
 derari in trutina iussit, multumque vobis  
 ad iustum pondus deesse deprehendit. ita-  
 que vt & vita tibi propter peccata adimatur,  
 & regnum tuum Medis & Persis hostibus tu-  
 is tradatur, iubet. Neque vero vanum fuit  
 visum, Sed illa ipsa nocte non prorogata sen-  
 tentiæ executione captaque ab hostibus vr-  
 be (Babylone) Rex interfectus, regnum a-  
 missum, thesauri direpti, concubinæ decol-  
 lata, viri (principes) illustres capti, & Chal-  
 dæi vniuersi seruitute oppressi fuerunt.  
 Si Balthasar tam asperè fuit punitus, quòd  
 concubinas suas & amicos è vasis sacris bibe-  
 re voluit, qua pœna digni sunt, qui Eccle-  
 siæ spolia ad res profanas accommodant? vt  
 vt malus fuit Balsasar, thesauros tamen illos  
 è templo Synagogæ neque permutauit, neq;  
 alijs dono dedit, neq; vendidit, neq; oppigne-  
 ravit. Quàm vero multi absque vllò pudore  
 Ecclesiæ bona consumunt, permutant, alie-  
 nant? Quàm multi non calicem sacrum cõcu-  
 binæ vt ex eo bibat propinant, sed, quod mul-  
 to videtur grauius peccatum, per Simoniam

*Cuncta  
 Deo consecra-  
 ta reueren-  
 ter tra-  
 stemus,*

*Non erit  
 impunitus  
 si quis mu-  
 nus Deo  
 voluntaria*

Kk 2 in

deuotione  
oblatum  
illicito cre-  
diderit o-  
pere teme-  
randum.  
Fulg.

in Ecclesiam ingrediuntur? fuit tyrannus ille  
stultitia potius quàm auaritia victus, isti vero  
& stultitia, & auaritia, & Simonia vincuntur  
(excacatur) Nabuchodonosor vasa sacra Hie-  
rosolymis asportauit, & Balsasar pœnas luit,  
quia filius tenetur restituere quidquid ipsi  
pater malè partum reliquit. Non minus enim  
pœnam meretur qui furto fruitur, quàm qui  
furtum ipsum commisit. Diuina censura non  
solum duces facinoris, sed etiam participes  
pœnis destinantur, ait Cypr. & Scierenter rece-  
ptans rem furtiuam tenetur furti ait I. C.

6.

Joseph. an.  
tiq. lib. 14.  
c. 5.

Cum Pompeius Magnus templum Hie-  
rosolymitanum in equile conuertisset tora vr-  
be excisa, hoc factum adeo Deus abominatus  
est, vt cum fuisset eatenus victor, & de Regi-  
bus viginti duob. triumphasset, deinceps in-  
felicissimus & omnibus prælijs victus fuerit,  
vel vt Oros. ait, cum antea semper euentu pro-  
spero bella gessisset, posteaquam in Hieroso-  
lymitani templi adytum nefaria curiositate  
irrupisset, aleam belli aduersam expertus  
est.

7.

de glor.  
mart. lib. 1.  
ca. 24  
Anno  
Chr. 417.

Gregorius Turonensis enarrato miracu-  
lo de fonte baptismali in Lusitania hæc sub-  
iungit: Cuidam vero ex hæreticis Deum non  
metuenti neq; venerationem præstanti huius  
loco sancto, neq; credenti corde miraculum  
quod in eo Dominus ad corroborandam suo-  
rum fidem præstare dignatus est, quid euen-  
rit non silebo; venit cum turba equorum, so-  
luti;

lutisq; impedimentis, iussit in basilica poni, equitibusq; in ea præsepia præparari, irridens miser quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. igitur media nocte prætereunte, à febre corripitur, ac pene exanimis, & tardius quam debuerat pœnitens, exclamat, equites ab æde expelli, erat enim ei, sub Rege licet, magna tamen in illa regione potestas. Expulsisq; è basilica sancta equitibus, ad se reuersus cœpit dentibus propriū lacerare corpusculum, nec prorsus retineri à suis ob nimiam poterat debacchationem. Tandemque oppressus inter suorum manus spiritum exhalauit, &c.

Idem Greg ait: De quadam Ecclesia vrceum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hostes (Franchi) abstulerunt cum reliquis Ecclesiastici ministerij ornamentis. Episcopus autem Ecclesię illius (S. Remigius) missos ad Regem (gentilem Clodoueum) dirigit, vt si aliud de sacris vasis accipere non mereretur, saltem vel vrceum Ecclesię suę (Rhemensis) recipiat. Hęc audiens Rex, ait nuncio; Sequere nos vsque Sueslionas quia ibi cuncta quæ acquisita sunt diuidenda erunt. Cumq; mihi vas illud fors dederit, quæ Papa poscit adimpleam. Dehinc adueniens Sueslionas cuncto onere prædæ in medium posito, ait Rex: Rogo vos, ô fortissimi præliatores, vt saltem mihi vas illud (hoc de vrceo supra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hęc Rege dicente, illi quorum erat mens sanior,

Kk 3 aiunt.

8.  
De gest.  
Franc. lib.  
2. c. 27.



aiunt, omnia gloriose Rex, quæ cernimus, tua sunt, sed & nos ipsi tuo sumus dominio subiugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito, nullus enim potestati tuæ resistere valet.

Cum illi hæc ita dixissent, vnus leuis, imudus, ac cerebrosus, cum voce magna, eleuatam bipennem vrceo impulit, dicens: Nihil hinc accipies, nisi quæ tibi fors vera largitur: ad hæc obstupefactis omnibus, Rex iniuriam suam patientiæ lenitate coercuit, acceptumque vrceum nuncio Ecclesiastico reddidit, feruæ abditum sibi pectore vulnus. Transacto vero anno, iussit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangam, ostensuram in campo Martio suorum armorum nitorem. Verum ubi cunctos circuire deliberat, venit ad vrcei percussorem, cui ait: Nullus tam inculta, vrcei detulit arma; nam neq; tibi hasta, neque gladius, neq; securis est utilis. Et apprehensam securim eius in terram deiecit. At ille cum paululum inclinatus fuisset ad colligendam eam, Rex eleuatis manibus, securim suam capiti eius defixit. Sic (inquit) tu apud Sueffonas in vrceo illo fecisti. hæc Greg.

9.

Cum ad Spoletanam urbem Longobardorum Episcopus Arianus venisset, & locum illic, ubi solemnia sua ageret non haberet, cepit ab eius ciuitatis Episcopo Ecclesiam petere quam suo errori dedicaret. Quod dum vrcei Episcopus negaret, idem qui venerat Arianus

rianus, B. Pauli Apostoli ecclesiam illic cominus sitam se die altero violenter intraturum esse professus est. Quod eiusdem Ecclesiae custos audiens festinus cucurrit, Ecclesiam clausit, seris muniuit, facto autem vespere lampades omnes exstinxit, seque in interioribus abscondit. in ipso autem subsequenti lucis crepusculo Arianus Episcopus collecta multitudine aduenit, clausas Ecclesiae ianuas effringere paratus. Sed repente cunctae simul portae diuinitus concussae, abiectis longius seris, aperte sunt, atque cum magno sonitu omnia Ecclesiae claustra patuerunt, effuso desuper lumine, omnes quae exstinctae sunt lampades, accensae sunt. Arianus vero Episcopus, qui vim facturus aduenerat, subita caecitate percussus est, atque alienis manibus ad suum habitaculum reductus. Hæc Gregorius.

vi. exemp.  
30. de hæz.

dial. li 3.  
c. 29.

10.

Damascenus refert ex S. Anastasio Sinaita, Saracenos templū S. Theodori omnibus for-  
dibus & immunditijs ex fœminarum, & puerorum, atque animalium rationis expertium cômixture fœdauisse, & vnum eorum sagittā in S. Theodori imaginem intorsisse, & ita-  
tim sanguinem defluxisse. Cum vero viginti, inquit, essent eorum familiæ qui in templo cômorabantur, intra paucos dies acerbo omnes morbo deleti sunt, cum eo in loco nemo ipsorum diebus illis interierit, exceptis ijs qui in templo fuerant comorati, &c.

vi. exemp.  
9. Iconom.

L1 4      Ionas

II. **Vas sacrū non impu-  
nè retinet  
laicus.** Ionas Abbas, Cum beatus Arnulfus (Me-  
tensis Episcopus) iam pene omnes thesauros  
Ecclesiæ in vsus pauperū erogasset, supererat  
adhuc discus argenteus habens libras 72. hunc  
quidam Hugo primus procerum dato pretio  
comparauit. Sed omnipotens Deus nō passus  
est, vt laicus illo frueretur, qui in honorem  
beati Stephani protomartyris olim consecra-  
tus habebatur. Prædicto siquidem Hugone  
præpeti morte prostrato discus ille Clothario  
Regi allatus est, qui cum, referentibus qui-  
busdam, comperisset hunc à beato Arnulfo  
ob alimoniam pauperum venundatum fuisse,  
mox tāquam cælitus inspiratus iubet eum ve-  
lociter superpositis centum aureis ad Meten-  
sem ciuitatem S. Pontifici deferri.

12. **In contem-  
ptum nu-  
mum sup-  
plicium di-  
uinitus il-  
latum.** Iulianus auunculus Iuliani apostatæ Imp.  
ausus impuris manibus sacra vasa contingere,  
hoc etiam scelere non contentus sed cōtume-  
lia vltius progressus (vasis enim ijs inuenit  
& super pauimentum collocatis atq; extensis,  
ita super ea desedit) euestigio illegitimæ hu-  
ius sessionis pœnas luit. illius enim verendi  
corrupta vermiculos generarunt, ita vt mor-  
bum diuinitus illatum constaret: ad quem ce-  
randum medici aues pingues easque peregrina-  
nas interficiebant quibus ad putrefacta mem-  
bra admotis vermiculos euocabant, illi ve-  
ro loco cum non mouerentur, putridis par-  
tibus mordicus inhærebant, atque illum  
ita demum multis diebus absumptum perdis-  
derunt.

derunt. Chrysoft. contra Gent. Theodor. (lib. 2. c. 11. & 12.) ait, cum visceribus putredine exesis interisse, atq; sterco nō amplius per partes illas corporis per quas naturaliter egeri solet emisisse, sed sceleratum eius os, instrumentum blasphemix partis illius ad sterco eiiciendum natæ locum obtinuisse. Præmittit enim: Iulianus cum esset in templo aduersus sacram mensam minxisse dicitur, atq; Euzoio eum prohibere conanti colaphum infregisse, dixisseque res Christianorum diuina cura & prouidentia prorsus destitutas esse. Subiungit vero: ferunt eius vxorem, mulierem ob fidei constantiam egregiè nobilitatam, hæc ad maritum dixisse: Debes merito, mi vir, Christum saluatorem laude prædicare, quod tibi hac castigatione suam potentiam ostenderit. Nam quem oppugnasses plane te præterijisset, nisi consueta sua lenitate vsus has piagas tibi diuinitus inflixisset. Hæc Theod.

Felix Præfectus ærarij Imp. Iuliani sacrorum vasorum magnificentiam conspicatus (Constantinus enim & Constantius splendide & ample ea conficienda curauerant). Ecce, inquit, quam sumptuosis vasis filio Mariæ ministratur. Derepente vero flagello cælitus impacto oppressus, sanguinem dies noctesq; ex ore fudit. Quippe sanguis ex omnibus vndique corporis (vt ita dicam) vasis quibus contineretur ad eam partem confluxit. Itaque vniuerso eius sanguine in hunc modum exhau-

Kk 5 sta

Vindicta diuinitus in blasphemum immissa.

vi de Sacri legis ca. 43.

Euzoio Antiochiæ Arianzæ sectæ Episcopus erat. Socr. lib. 4. ca. 28.

13.

sto, statim exstinctus est & æternæ morti traditus. Theodor. ibid. Chrysof. contra Gent. ait: Antequam aulæ regiæ limen trāscenderet (veniens è templo) derepente medius crepuit. Quoniam enim diruptis visceribus, ore vomens sanguinem continuo expirauit, visus est medius cripuisse. Corrigendus tamen videtur tum ex Ammiano (li. 23.) tum ex Chrysofotomo Theo. dum ait, dies noctesq; sanguinem euomuisse. quem repentino exitu De vindicta esse sublatum constat.

14.  
Bredenb.  
li. 7. c. 53.

Cum circa annum Domini 1579. oppidum Kerpenſe non procul à ciuitate Colonienſi diſſitum diuerſis irruptionibus nunc Statuum, vt vocant, nunc Regiorum militum inuaderetur, miles quidam in Eccleſiæ que ibidem collegiata eſt baptiſterium impietius plusquam copronymiana cacauit, qui paulo poſt hunc ſacrilegum auſum diuinitus oculorum lumine priuatus eſt, cumq; vagis gressibus huc illucq; oberraret, in hoſtes incidit, captus eſt atq; ante ipſas valuas Eccleſiæ que impie ſœdauerat laqueo ſuſpenſus. Pertrahit mox ea fama multorum fide dignorum ſermone per totam ciuitatem Agrippinſem. Non quidem ſemper clementiſſimus deus pro immenſa ſua miſericordia & longanimitate impios hæreticorum & ſacrilegorum conatus ex templo vindicat, quandoq; tam in eiufmodi theomachos ſeuere animaduertit vt paucorum exemplo alij terreantur.

in perpetuum diuitijs bonitatis eius abutan-  
tur.

Apud ciuitatem Neuesium inditione Co-  
loniensi situm est monasterium Canonico-  
rum Regularium, quod anno 1583. quibusdam  
ex causis dirui ceptum est, fratribus istius lo-  
ci in ipsum oppidum tutiori loco translatis.  
Erat autem in ipsa ciuitate mulier quædã no-  
uis dogmatibus infecta, plurimis annis ab ec-  
clesiarũ ingressu abstinens. quæ cũ aliquoties  
interrogaretur cur nõ cum alijs ecclesiam in-  
grederetur, plerumq; respõdebat vsitatum il-  
lud apud prophanos homines dicterium, Ec-  
clesiæ columnas esse ex calce & lapidibus fa-  
bricas, metuere se ne illæ corruentes in ca-  
put ipsius cõcidant. Porro cum monasterium  
illud Regularium Canonico- rum certis ex causis  
circa ferias paschales proxime elapsas di-  
rueretur, mulier ista quæ ecclesiarum vasta-  
tione magis quam edificatiõne & cultu earum  
delectabatur gratulata sibi dicitur quod diem  
illum vixerit quo in patria sua conspiciere da-  
retur demolitionem Ecclesiæ. itaque festina  
progressa est ad locum monasterij Regulari-  
um visura ipsam destructionem, comitata an-  
cilla & altera puella admodũ iuuenicula. Cumq;  
templum quod iam dirui ceptum erat, ipsa  
octaua Paschæ lætabunda ingressa esset, diru-  
toq; tecto, multa nunc in eodem essent luxa-  
ta, columna quædam ruinam minari ceptit,  
calce & lapillis quibusdã sensim decidētibus.  
Puella

15.

ibid. ca. 54.

Puella mulierem inlclamat vt loco difcedat, atq; imminenti ruinae fe fubducatur. Quod cum femel atq; iterum moneretur nec acquiefcere: illa in praefentem perniciem fuam nunc fecurior quae antea tot annis ad cuiusvis templi ingreffum vel vera vel ficta vt verifimilis eft, formidine trepidauerat, ecce fubito ingens Ecclefiae columna corruit, ipfamque mulierem inopinato quidem, fed diuino calu penitus pefundat & conterit. Sic videmus plerunq; accidere, vt per quae quis peccat, per eadem etiam puniatur: contempfit illa Ecclefiam quia calce & caducis lapidibus compaffus effet, Deus Ecclefiae fuae vindex, permittit illam calce & caducis lapidibus opprimi in teritum eius & exemplum ac terrorem aliorum, vt difcant homines prophani reuerentius sentire & loqui de rebus diuinis & ecclefiafticis.

16. Delirius ex Petro Cluniac. lib. i. Mirac. c. 28. refert poenam multiplicem quam milites post obitum perpetrati funt qui manus ab exaltatione templorum non abftinuerant, in gratia tamen (confefsi) decefferant, & culpam Sacramento poenitentiae deleuerant.

17. Quia Primarius, quidam Iudex vrbi Romanae chlamydem Ottonis III. imper. obtinuit ab ipfo, monafterio SS. Bonifacij & Alexij ponendam fuper altare, fibi vendicauit, & quali proprium thefaurum feruandum in eafdem piam retrufit, permiffu Dei cacodæmonibus

sum ex equo deiectum paralytica infirmitate  
atruuit vt fieret exanguis acpene exanimis.  
Nec potuit sanitati restitui donec vestem san-  
ctis restitueret. audiuerat enim ab ipsis San-  
ctis (Bonifacio & Alexio): Putasne te sanum  
nostra veste vt nobis exspoliatis? &: E lecto  
isto valens non surges priusquam veste mea  
pro qua percussus es induar, &c.

*Prolize*  
*hec Baron.*  
*Anno*  
*Chr. 1001.*  
*ex codice*  
*Cassinate.*

Quia anno Christi 1008. Iudæorum perfidi-  
diâ curata est demolitio templi Hierosoly-  
mitani per principem Babylonis, communi  
omnium Christianorum consensu decretum  
est vt omnes Iudæi ab illorum terris vel ciui-  
tatibus funditus pellerentur, &c. alij gladijs  
trucidarentur, alij fluminibus necarentur &c.  
Qui litteras Iudæorum tulit ad principem Ba-  
bylonis combustus est.

18.  
Glaber lib.  
3. c. 7.

Baron. refert ex Leone Ostiensi, quomo-  
do anno Christi 1038. Sacrilegus extendens  
manus ad altare vt vasa & ornamenta sacra  
auferret, subito epilepsi & paralyfi correptus  
fit, & distorto ore atq; oculo vsq; ad obitum  
perstiterit; item quomodo tyrannus. Pan-  
dulphus ab eo qui aufert spiritum Princi-  
pum ex hac vita diuulsus ad supernum tri-  
bunal reus ad sententiam accipiendam voca-  
tus (quam meruit ob sacrilegium) ad pœ-  
nam æternam sit condemnatus.

19.

20.  
Pf.

Denique quomodo Rudolphus princeps  
Northmannorum ea die qua erat monasteri-  
um religiosorum vt illud spoliaret, inuasus

21.

rus



rus repentina morte subductus sit, & perpetuo incendio damnatus.

22.  
Rom. 1.

An. Chr. 1055. refert ex Petro Damiani quomodo Comes quidam possessor rerum Ecclesie damnatus sit ad inferos cum omni posteritate. Eadem enim poena teneri scribit Apostolus facientes & facientibus consentientes, dum quod sciant hæredes ab Ecclesia esse sublata à maioribus bona, mala fide possideant.

23.

Anno Christi 1059. Narrat quam acerbe Deus monasterij Herueldensis inuasorem piscopum Halberstadensem, quantumlibet poenitentem, puniuerit, disruptis enim, mirabili genere morbi, visceribus, expirans, dicens se ad tribunal Dei abripi & pro uasis rebus alienis rationem exigi. Cito quoque Archipresbyter quo in centore in hæreticam inarserat eodem anno subitaneam mortem sine confessione, sine sacra communionem interijt, à Diabolo suffocatus. Quid ergo erit de principibus, ait hic Baronius, bonorum

Matth. 12.  
Matth. 18.  
Vg mundo  
à scādalis.

omnia omnium monasteriorum & Ecclesiarum sibi autoritate hæresis vendicantur? An non requireret ista Deus qui de rebus ipsis etiam leuibus in die iudicij non leuem quæstionem habendam esse prædixit.

24.  
Lambertus  
Schafnaburgensis.

Anno Christi 1075. Henricus Spirensis Episcopus cum iam thesauros Ecclesie Spirensis pene omnes puerili leuitate dilapidasset, & prædia militibus suis in beneficium

rogasset, tempore Henrici III. Imperat. inopinata morte subtractus est cum enim ad perpetualem Synaxim cum fratribus in choro staret, sensit repente paruulam sibi instar puncti pustulam in collo excrecere, qua paulatim in immensum intumescere ante mediam noctem defunctus est.

Baronius Anno Christi 1087. refert diaram vindictam ob Ecclesias in saltum conuersas à VVilhelmo (seu Guilhelmo) Angliæ Rege. Etsi enim pœnitenti Regi Deus (vt piè credendum est) culpam peccatorum dimiserit, pœnam tamen huius peccati profecutus est in filios atque nepotem. Nam viuente patre Richardus filius dum ceruos ibi venaretur ex tabido aere morbum incurrit quo & defunctus est. Post obitum Regis in eadem sylua VVilhelmus filius, & nepos seuro Dei iudicio, ille sagitta pectus, iste collum traiectus, vel, vt quidã dicunt, arboris ramusculo, equo pertranseunte, fauces appensus.

ANNO Christi 1130. Cum Anacletus contra virum sanctissimum Innocentium in Romanum Pontificatum intruderetur, & Romæ immania sacrilegia à schismaticis perpetrarentur, calices (ait Bernardus Abbas Bonæuallis) frangere & crucifixos aureos membratim diuidere ipsi profani Christiani vel timerent vel erubescerent, Iudæos aiunt esse quæsitos qui sacra vasa & imagines DEO dicatas audacter commi-

nue-

Dum sedis Apostolicæ iudiciū subterfugit in terribile iudiciū Dei incurrit.

25.

26.

nuerent. In ultionem admissi sceleris hoc ipso anno summa annonæ penuria laboralle Romanos acta Innocentij testantur. Iulie hanc passi sunt ultionem qui Christum imaginibus dederunt in manus Iudæorum dilacerandum ac conscindendum. Pseudopapa Anacletus anno Chr. 1138. Deo vindice, ex hac vita diuulsus ad supernum horrificum tribunal iudicandus atq; condemnandus adductus est, accepturus cruciatum æternum.

27.

Hæc meritis  
to patiebatur  
monachi quia  
peccarant  
in Innocentium  
legimus Rom.  
Ecclesie  
Pöficem  
quem in  
gratiã Rogerij  
abiecerant receperantque  
Anacletum  
Pseudopöfificem.

Pet. Diac.  
Chron.  
Cass. lib. 4.  
ca 103.

Anno Chr. 1136. Cum Rogerius Rex Sicilia ad occupandum iuribus suo subijciendum monasterium Caslinense adijceret animum, licet Deus offensus esset à monachorum ductibus, potentia quæ de terra est rem agentibus, tamen attendens preces humilium ac innocentium monachorum, & prouocatus superbia mori Sennacherib, in eius ultionem exurgens percussit eum morte & perpetuis inferni cruciatibus condemnauit. antequam autem hoc haberet, Cum cancellarius Rogerij Notario suo preberet ut per omne Rogerij regnum scriberentur ut ad capiendum monasterium cuncti conuenerent, & Notarius hoc implere satageret, bita morte defungitur Notarius. Cancellarius vero post paucos dies moriens clamabat benedicite & Maure cur me occiditis? ista crebro reperens vita excessit & ad inferos descendit. Tertio postea die Abbas schismaticus mortuus, ad tribunal Dei vocatus est. Quam sententiam tulerit collige ex hoc dicto Ss. Patru

VIOLAT. TEMPL.

9.9

qui in terris nō nouit Ecclesiam Catholicam matrem, nec in cælis cognoscere potest Patrem, & qui cum Catholicis hic non communicauit, nec ibi cum Deo & sanctis eius communicandi vllatenus facultatem habebit.

Cum Arnulphus imper. omnia sacrilegijs & nefandis facinoribus impleret (vt Luitphrandus testatur) obiit morbo pediculari miserabiliter absumptus anno 899.

28.  
lib.1.c.9.

Quia Alphonsus 7. Castellæ Rex templadonis suis & ornamentis spoliabat atq; adeo ipsis Ecclesijs pro stabulis vtebatur, dum Frangum oppugnat ab hostibus de improviso occiditur. Incertū quo fuerit corpus eius asportatum, nunquam postea visum, creditur à demone ad inferos abreptum.

29.  
Rodericus  
Toletanus  
li 7 c.3. & c  
Sancius  
par. 3. c. 30.  
Tarapha 20

Petrus 4. Aragoniæ Rex Aragonensis Ecclesiæ bona inuasit, ob id à procuratoribus, cum nollet diu monitus respiscere, ad tribunal Christi die dicta vocatus ad causam dicendam, & die dicta (cum rideret ad huiusmodi minas, ac bene alioquin valeret) vita migravit.

30.  
Valaus  
ca. 20.

Michael ab Isselt li. 3. bello Coloniensis refert anno 1584. 16. Octob. eos qui celeberrimum & antiquissimum monasterium Tuitionse & præter hoc alia quam plurima templa igne depopulati erant in sacello quodam igne esse absumptos.

31.

LI OB